

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In deo letandum. Emblemata IIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.
Cui affine illud Ouidianum:

Sed propera, nec te venturas differ in horas:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Martial.

Non bene distuleris, videas quod posse negari.

Id vnum ex præceptis Socratis refertur à

Xenophon. 2. *Ἐπιτηδεύματα.* Quid-


quid agas, promptissimè atque optimè &

diligenter age.

2. In rebus gerendis librandas esse cuius-
que vires, ex namque celeritati pares, &
contrà celeritas viribus equalis esse debet:
alterum enim sine altero non multum po-
test afferre commodi, imo damna plerun-
que maxima, funestumque exitium hinc
consequitur. Facebant ergo coruinæ vo-
ces, & ad res gerendas iugi industria &
animi firmitate seriò accingamur.

In Deo letandum.

EMBLEMA IIII.



ASPICE ut egregius puerum Iouis alite pictor,
Fecerit Iliacum summa per astra vehi.
Quisne Iouem tactum puerili credat amore?
Dic, hæc Maonius finxerit vnde senex?
Consilium, mens atque Dei cui gaudia præstant,
Creditor is summo raptus a deæ Ioui.

COM-

COMMENTARI I.

I. **F**ingatur forma eleganti & hilari vultu puer, quem dorso exceptum, & vnguibus retentum aquila in sublime vehat. Potest quoq; infra appingi (non tamen ex necessitate) canis latrans, tum quia fabulam sic Virgilius & Statius enatrent, vt mox subiungemus; tum ad significandam inuidorum calumniam, qui felicibus successibus nunquam non allatrant. Quo ad inscriptionē Emblematis, *In Deo latandum*: locus mihi videtur sumptus ex verbis D. Pauli ad Philipp. 4. vbi ait: *χαίrete ἰν κυρίῳ πάντοτε, ὡς πάλιν ἰπὸν, χαίrete*. Id est: *Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete.*

quorundam scolorum contumelia vindicemus. Eos enim tale quippiam in fabulosis narrationibus obsequare voluisse crediderim, quale priores illi Iurisperiti (vt M. Tullius in libris de Oratore memorat) obseruarunt, qui vt auctoritatem aliquam obrinerent, eamque auerent, artem suam vulgarem esse uoluerunt, nisi cum Cn. Fluius primus eam propalauit, qui eam obrem dictus est cornicum oculos confixisse. Eodem planè modo veteres illi poetae sub aliquo quasi velo, certè obscuro, fabulosisque ornamentis res suas occultarunt, vt imperitam plebeculam à mysterijs sapientiae reconditoris arceret. Quod & Lactantius indicat, lib. 1. cap. 11. & 19. cum Poetas ait, quae verè gesta sunt, in aliquas species obliquis figuracionibus cum decore aliquo conuersa traduxisse, & mendacium nō in factis, sed in nominibus admisisse. Quamobrem inepti sunt, & planè ἀμύστοι, qui in Poeticis narrationibus, & figmentis explicandis, si ipsas tantum voces, nudaque vocabula. aut etiam simplices γνῶμας considerant, nec ea potius eliciunt, quae sensum aliquem abstrusorem continent: vt qui in picturis diiudicandis colores aliquos, aut operum lineas quasdam conspiciunt, aut vt qui mercibus inuolutis appositas imaginum tesselerulas admirantur, nec quid intus lateat, aut inclusum esse possit, animaduertunt. Habet enim diuinum hoc studium nescio quid latens & reconditum, quod aequè omnibus peruium & apertum non sit, sed ei duntaxat homini,

Quia mal sine poeta figuratus vsi sunt.

Allegoria poetica ratio.

Laus poetica.

An poeta philosophis possit rioris.

II. Ad ingeniosi huius carminis sententiā & originem iam iam me recipio, si quaedam prius vice praeludij, & quasi disputationis anticipaui. Vniuersam Poesim anigmatum esse plenā docet Plato in Alcibiade 2. quippe quae non sit cuius intellectus facilis, quid rerum veritas quibusdā verborum inuolucris obtegatur. Huiusmodi autem figmenta tribus modis explicari possunt, vt plerumq; veterum monumentis deprehendimus: quidam enim physice, alij ethice inspiciunt, nonnulli etiā rei Theologicae rationem habent, vt ex doctrina Platoniorum plerique doceri videntur. Sic enim Homerus, ingeniorum vertex, quatuor illa prima σοιχία inter se pugnantia, & sese mutuo producentia effinxit sub nominibus Iouis, Iunonis, Neptuni & Plutonis. Ad mores traducitur allegoria, vt cum Palladem cū Marte dissidia & pugnas ceterae adiunt, eam nempe animi partem, quae sit rationis experta, in superiorem sese atollere intē ligimus, virtutisque vitium aduersari: quo de genere est ea, quam nunc sumus explicaturi, fabula. Ad Theologicam verò rationem nonnulla referuntur, vt cum caelum suo motu tempus producat, quaeque gignat perpetuò absumens, imaginem quandam intelligimus esse Dei, Coelum, Rheam atq; Saturnum filios deuorantem: in quibus Coelus (vel Coelus) essentiam diuinam praestet, Rhea vitam, Saturnus autem eiusdem mentem. Quae antè visum est operae pretium aduonere, vt maturius ad nostri Emblematis ἐπιπέδιον deueniamus, Poetasque veteres, quantum fieri poterit, ad inepta

Ad ingeniosi huius carminis sententiā & originem iam iam me recipio, si quaedam prius vice praeludij, & quasi disputationis anticipaui. Vniuersam Poesim anigmatum esse plenā docet Plato in Alcibiade 2. quippe quae non sit cuius intellectus facilis, quid rerum veritas quibusdā verborum inuolucris obtegatur. Huiusmodi autem figmenta tribus modis explicari possunt, vt plerumq; veterum monumentis deprehendimus: quidam enim physice, alij ethice inspiciunt, nonnulli etiā rei Theologicae rationem habent, vt ex doctrina Platoniorum plerique doceri videntur. Sic enim Homerus, ingeniorum vertex, quatuor illa prima σοιχία inter se pugnantia, & sese mutuo producentia effinxit sub nominibus Iouis, Iunonis, Neptuni & Plutonis. Ad mores traducitur allegoria, vt cum Palladem cū Marte dissidia & pugnas ceterae adiunt, eam nempe animi partem, quae sit rationis experta, in superiorem sese atollere intē ligimus, virtutisque vitium aduersari: quo de genere est ea, quam nunc sumus explicaturi, fabula. Ad Theologicam verò rationem nonnulla referuntur, vt cum caelum suo motu tempus producat, quaeque gignat perpetuò absumens, imaginem quandam intelligimus esse Dei, Coelum, Rheam atq; Saturnum filios deuorantem: in quibus Coelus (vel Coelus) essentiam diuinam praestet, Rhea vitam, Saturnus autem eiusdem mentem. Quae antè visum est operae pretium aduonere, vt maturius ad nostri Emblematis ἐπιπέδιον deueniamus, Poetasque veteres, quantum fieri poterit, ad inepta

Ingenium cui sit, cui mens diuina, vt Flaccus loquitur, sicuti non obscure aliquot disputationibus est à diuino Platone traditum. Sed & vt hoc adiciam, Poetas ipsos Philosophis sapientia neutiquam posteriores, aut inferiores fuisse, praeter alios quosdam Platonicos cōtendit Maximus Tyrius. Hi enim sese videntur populari aurae, & infimae plebeculae accommodasse, dum fabulosa eiusmodi prodiderunt, quae diuinis rationibus accommodarunt, rem quidem aperta ratione abstrusorem, anigmati autem clariorem, aequaliter à scientia atq; infirma distantem, fidem sibi facientem propter id, quod iucundum est & adm. rationem, aliaq; non satis vulgò persuasa

Inscriptio.

Poesis pene tota anigmati plena.

Quatuor elementa totidem deorum nominibus intellenda. Cur Palas cum Marte dissideat.

Coelus.

Saturnus. Rhea. Macrob. 1. Saturn.



CON

Poeta nomine, re philosophi.

Poeta se vulgo facilius accommodat.

Poetica unde philosophia.

Ganymedis fabula.

persuasa: adhuc quæ animam ad rerum existentium pernegationem, & eorum quæ remota sunt, inquisitionem digerem concitet. Quæ in re præstanda hi sanè homines inagnum quiddam effecere: quandoquidem auribus humanis insidias quasdam sunt commenti, ij quidè re ipsa Philosophi, nomine autem Poetæ, re inuidiosam ad eam artem reuocant, quæ populæ admodum demulceat. Sese enim perinde habet erga multitudinem popularem Philosophus, atq; diues aliquis in eos, qui præmuntur inopia. Sic autem videmus natura comparatum, vt qui vitio sunt alicui additi, virtutem contrariam non sustineant, nisi eam superinductus aliquis fucus adumbrat. Habetur autem Poeta mollis & facilis, propterq; delectationem diligitur, & propter virtutem nequaquam, aut saltem raro cognoscitur. Ita enim medici salubre quoddam alexipharmacum dulci aliquo liquore aspergunt, ne deterreatur eger saporis aut succi acrotis amaritæ. Eodem planè modo de Philosophia illa veteri sentiendum, quæ sententijs suis figmentorum aut carminum, tanquam veste cultuque magnifico tectis, præcorum hominum animos primùm cepit atq; delinuit; neq; secus id quidem, quàm dissimulata disciplina molestia ad institutionem & morum feritatem cicurandam illexit. Nec est autem quod in dubium reuocet, vtri melius de diuinis tractat int, Philosophine an Poetæ; quin potius studiū vtrumque tanquam initio sedere, mutuo sese completi deprehendas, vt eadem non diuersa putes. Cum enim Philosophum ais, Poetam etiam intelligis: & eum Poetam, Philosophum quoq; inquis. Hæc & multa alia Tyrius, quæ huc conferre placuit, ne in sequentibus repetere subinde cogar, quod semel admonuisse satis erit, vt quantum Poetis debeamus, philologus intelligat, nostrumque cõsiliū in narrationibus mythologicis, & Poeticis allegorijs planum aliquando faciamus. Si enim fabulam nudam aut historiam attexere satis esse ad commentationes has, quanquam tenues, existimasse mus, aniam ridendi, carpendique hæc, tanquam Poetarum deliria & nugamenta præberemus. (nonnulli enim sunt, & fuerè iam olim, qui poeticum hoc studium vt planè nugatorium aspernentur) & maximè hoc de Ganymede signè-

tum, quod reprehendit Lactan. D. August. De ciuit. 18. cap. 13. & ipse Plato 1. De legib. sub persona Atheniensis hospitis, nimirum ob insanum pedetastie flagitium. Sed quia non video quàm sit necesse singularitatem anxie persequi, quin potius ad propositum finem me continuè recipere iam tandem par sit. Age verò, per Ganymedem ab aquila raptum, animam humanam intelligimus, quæ, vt ait Plotinus, tum condere caput intra cælum dicitur, cum relicta quasi corporis secretionem, cælestia mentis oculo contemplatur: quod sanè absq; raptu quodam fieri minimè potest. Plato etiam in Phædone & Theæreto, cum iubet animam à corpore seiugete, non loco segregadam intelligit, sed mouet, ne corpori animus adhaereat, neque ob corporis commercium à mente superiore fiat alienus, coneturq; quantum fieri poterit, subditâ sibi animæ speciem ad superiora perducere. Constat autem sumptum Emblemata ex Xenophontis Symposio, quo loci concinnè & appositè Ganymedis ἄγνυται μου explanat. Ait enim Deos & Heroas animæ amicitiam multò pluris facere, quàm vsum, qui ex corpore percipitur. Iupiter enim quarum formam (cum essent mortales) amauit, has ipsas mortales esse finit; quorum verò animas est amore profecutus, hos immortalitate donauit, de quorū numero Hercules, Castor, & Pollux esse dicuntur, cum aliquot alijs, quos Heroas appellabant. Sic etiam asseuerat Ganymedem non corporis, sed animi gratia à Ioue in Olympum fuisse raptum. Cuius quidem rei & testimonium ex ipso nomine colligamus licet. Habetur enim al cubi apud Homerum γάνυται δὲ τ' ἀκόν, laetatur audiendo: & alibi etiam, πυνιδ φρεσὶ μύθεα εἰδὼς, id est, sapientia plena mente consilia sciens. Ex ambabus igitur his vocibus, non corporis, sed mentis deliciarum nomen Ganymedes referens, inter Deos est relatus. Sed dum vacat, huc asseribã verba Philosophi, vt aliquo tandè onere cãdidatos linguæ Græcæ lenare possim. Ἐπιθυμῶ δὲ σοὶ ὁ Καλλιὰ, καὶ μυθολογῆσαι, ὡς κ' εἰ μὴ ἄνθρωποι· ἀλλὰ καὶ θεοὶ καὶ ἥρωες τὴν τῆς ψυχῆς φιλίαν πλεῖνος ἢ τῆν τοῦ σώματος χεῖρον ποιοῦνται. Ζεὺς τε γὰρ ὅσων μὲν θνητῶν ὄσαν μορφοῖς ἠεὶ ἀπὸ συγγενήδρος· εἰα γυνταῖς θνητὰς εἶναι. ὄσαν δὲ ψυχῆς ἀγαθῆν

la vnde accepta.

Quid per Ganymede intelligimus.

Vnde de Emblemata:

Ganymedis fabula.

ἀγαθὴν, ἀθανάτους τέτυες ἰσοίει. ὦ
ἥρακλῆς μὲν καὶ δῖος κέρου εἶσι, λίγυ-
ται δὲ καὶ ἄλλοι. καὶ ἰγὼ δὲ θημι καὶ γα-
νυμήδην ἠσώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἐνεκα
ὑπὸ δῖος εἰς ὄλυμπον ἀνεγχεθῆναι μαρ-
τυρεῖ δὲ καὶ τένομα αὐτῆ ἐσι μὲν γὰρ δὴ-
πε καὶ ὀμηρῶ.

--- γάνυται δὲ τ' ἀκάνων.
τῆτο δὲ φράζει ὁ, τι ἦδεται δὲ τ' ἀκάνων.
ἐσι δὲ καὶ ἄλλοδίου.

--- πυκινὰ φρεσὶ μῆδεα εἰδῶς.
ἐξ ὧν συναμφοτέρων τῶτων ἐκ ἠδυσώμα-
τος ὄνομαδεῖς ὁ γανυμήδης, ἀλλ' ἠδου-
γνάμων ἐν θεοῖς τετίμηται. Hec ferme
Xenophon. Facillimum mihi esset repetere
agalmatibus historiam, nisi fallor à Plinio,
qui sic habet lib. 34. c. 8. Leocras aquilam
fecit sentiētem quid recipiat in Ganyme-
de, & cui ferat, parētem vnguibus etiam
per vestem, &c. Sanctius Emblematis hu-
jus originem ad Scholiasten Homeri re-
fert, Iliad. 4. cuius hæc verba: γανυ-
μήδης ἢ πηρετῆ μέγθ τῷ Δῷ, ὅτι ὁ
μὲν ζεὺς παῖτος ἐστὶ νῦς, μέγθ δὲ ὁ νῦς
ἐχρῆσι κέν τὸ τοῖς μῆδεσι γάνυται.
τέ το γὰρ ὁ Γανυμήδης. Hoc est: Gany-
medes: soli Ioui ministrat; quoniam Iupi-
ter prima est intelligentia: solius autem in-
telligentia proprium est consilijs gaudere,
atq; hoc sonat Ganymedes. Fabula Gany-
medis refertur ab Homero in hanc senten-
tiam, vt vertit Nicolaus Valla:

Tros ab Erichthonia, satus est de sanguine
Trois

Idus, & Asaracus, similisq; Deo Ganyme-
des,

Egregius forma, raptus sublimis in auras
A super caelo positus dinum inter honores
Pulcher, vt ante Iouem misceret pocula
mensis.

Trois igitur fuit filius Ganymedes, non
Laomedontis, vt videtur sensisse Cicero 1.
Tuscul. lapsus videlicet memoria (quo no-
mine solent magni viri laborare, qui gra-
uioribus impediti curis, cum citant vel au-
tores, vel autorum testimonia, toto, quod
aiunt, caelo aberrant: id quod diligens le-
ctor sepe in Aristotelis deprehēdet libris,
præsertim de moribus.) Verba Ciceronis
hec sunt: Nec Homerum audio, qui Gan-
ymedem à Dijs raptum ait propter for-
mam, vt Ioui pocula ministraret: non iu-
sta causa, cur Laomedonti tāra fieret iniu-
ria. Fingebat hæc Homerus & humana

ad Deos transferebat, diuina malle ad nos:
Meminerunt huius fabulæ & alij Poetæ:
Virg. lib. 5. Aeneid. sic.

Intextusq; puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo cervinus, cursuq; fatigat:
Acer anhelanti similis, quæ præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger
uncis:

Lenæui palmas nequiquæ ad sidera tēdēt
Custodes, sanitorq; canum latratus in auras.
Stattius lib. 1. Thebaidos:

Hinc Phrygius fuluis venator tollitur alis.
Gargara desidit surgenti, et Troia recedit:
Stant mœssi comites, frustra q; sonantia la-
xant.

Ora canes, umbramq; petunt, et nubila
latrant.

Ouidius non ab aquila Iouis, sed ab ipso
Ioue in aquilam mutato Ganymedem ra-
ptum canit:

Rex superum Phrygij quondam Ganymedis
amore.

Arst, et inuētum est aliqd qđ Iupiter esse
Quam quod eras, mallei: nulla tamen ali-
te verti

Dignatur, nisi qua posset sua fulmina fer-
re.

Nec mora, percusso mendacibus aere pennis
Arripit Iliadē, q nunc quoq; pocula miscet,
Inuitaq; Ioui nectar lunone ministrat.

His quoq; suffragantur & hi versus:

Αἰετὸς ὁ ζεὺς ἠλθὲν ἰπ' ἀντίθεον γανυ-
μήδην.

Κύκνος ἐστὶ ξανθὴν μντήρα τῦς ἐλίνας.
Ipse aquila ad pulchrum Ganymedem lu-
piet olim,

Ad matremque Helena deinde volans
olor.

Sunt qui fabulam hanc ad historiam refe-
rant, ex quibus Herodiamus lib. 1. Licet
inquit, apud alios comperiam pugna illic
Illum Phryga, Tantalumq; Lydum inter
se conferuisse siue de via ortam, siue po-
tius ob Ganymedis raptum. Cumq; diu
æquis viribus decertatū foret, ac perimul-
ti vtrinq; cecidissent, nomē ex ea clade lo-
co esse impositum. Hic etiam fama fertur,
Ganymedem ipsum trahentibus in diuer-
sa germani atq; amatoris manibus, vita ef-
se orbatum, sublatumq; in medio, pro cala-
mitatis solatio relata ad Iouem raptorem
fabula, diuinis fuisse honoribus affectum.
Paulus Orosius lib. 1. cap. 12. Tantalus, in-
quit, Rex Phrygiorum, Ganymedē Trois.

De Gany-
mede his
floria,

Locus Plī
nij.

Ganyme-
des filius
Trois.

Bar-
da.

Dardaniorum Regis filium, cum flagitiosissime rapuisset, maiori conferti certaminis feditate detinuit: sicut Phanoles poeta confirmat, qui maximum bellum ab hoc concitatum fuisse commemorat: Eusebius in Chronicis idem fere scribit, iniquens: Ob raptum Ganymedis, & Trois patris Ganymedis, & Tantali bellum exortum est, ut scribit Phanoles poeta. Frustra igitur Iouis fabula, & raptrix aquila fingitur. Chalcedenses tamen solebant ostendere locum (quem Harpigum nominabant) ubi Ganymedes ab Ioue fuisset raptus. In fabulam hanc Ganymedis multis in locis iocatur pro more suo Lucianus, quem consule, si plura de Ganymede cupis. Vide præterea Hygin. in Astron. poet. Martial. 7. epigram. Homerum in Hymno Veneris.

III. ASPICE.] Propriè: nam inuitat ad contemplandam picturam, quæ non nisi intuitu & aspectu percipitur.

Egregius.] *Egregius pictor*,] Excellens, eximius, quali ex toto grege electus, peritus, *πεπαισευμένος*. Pictores olim florente Græcia, non suæ artis modò, sed & rerum omnium, quæ cognitione dignæ essent, peritus fuisse constat ex Pausania & Plinio. Quis autem fuerit hic egregius pictor parui refert inquirere. Nam poteris hæc intelligere de quodam pictore, qui hæc Emblemata depinxit; nisi malis de Leocra pictore nobilissimo fieri sermonem, de quo ex Plinio iam diximus.

Ioui alite.] Aquila *πεπρωσσις*. Hanc anium reginam appellant, crediditque antiquitas eam Ioui tela ministrare & fulmen. Horatius 4. Carm.

Qualem ministram fulminis alitem,
Cui rex Deorum regnum in aues vagas
Permisi expertus fidem
Iupiter in Ganymede flauo.

Hæc in Iouis tutela ideo esse dicitur, quia fulmine non tangitur, ut Plinius lib. 2. c. 51. & lib. 10. cap. 3. est autor. Vel quod sit altissimi volatus, ita ut nubes tranfuolet, & contra solis orientis radios immotam teneat oculorum aciem, quod scribit Aristoteles. Siue quod regina sit anium, ut cecinit in Olympijs Pindarus. Siue quod ab ea Iouem enatitum arbitrati sint, ut testatur Maro in his:

Νικταρ δ' ἐκ πίστεως μέγας αἰετὸς ἄιτω
ἀρῶσιν

Γαυφιλῆ φορέσκει πέτρῶν Διὶ μυτιόεντι
Τὸν ἔνικέστας πατέρα κρόνον ὑπόστα
Ζεὺς

Αἰθῆρατον ποίνσε, ἔβρανθ' ἰγκατι-
ρασσερ.

Asi aquila huic nectar de petra dulce
quod hausit

Mox rostro sublimè volans afferre solebat.
Hanc patri altitonans mox regno victor
adempto

Esse immortalem voluit, caelos; locauit. Phornutus eam Ioui esse sacra vult, quod volandi pernicitate alijs auibus excellat. *ἰερός δ' ὄρνις*, inquit, *αὐτῷ δέσποτι γέται εἶναι, διὰ τὸ σφόδρατον πέτοι εἶναι τῶν ἄλλων πτερόων*. Lege Plinium lib. 1. c. 4. & 5. Pierium Valerian. lib. 19. Hieroglyphicam. Sunt qui aliò conuertunt aquilam: nauem enim intelligunt, cuius insigne aquila esset; aut legionem militum, qua legione raptus esse putatur. Lactant. lib. 1. c. 10. Fulgentius Mythologic. 1.

Fecerit.] *ποίησας*, Poetatum est; nam hinc *ποιητῆς* dicti sunt. Hic ad picturam refertur, est enim pictura nil aliud quam muta poësis; ut vicissim poësis loquens pictura.

Puerum Iliacum.] Ganymedem, ab Ilio Troiæ ciuitate, qui Troem patrem habuit Troiæ regem: & à Poëtis dicitur ab aquila raptus, & in cælum sublatus, ut Deorum præficeretur aqualiculis. Martialis lib. 1. *Ethereas aquila puerū portāte per auras.*

Illasum tumidis unguibus hæsit onus.

Summa per astra.] Puto alludi ad animi alas, de quibus Plato.

Vehi.] Præclara Metaphora: hinc vehiculum animi, contemplatio, *διάνοια*, *δωρῆα*

Quisne Iouem.] Iupiter idem est, quod iuuans pater, quem conuersis casibus appellamus à ituando Iouem. Ita Cicero lib. 2. de Nat. Deor. Simili modo dicitur à Græcis Ζεὺς quod vitæ omnium sit autor, *ὄν τὸ Ζεὺς*, vino. Eundem & Δία vocāt, quod per ipsum sint omnia. Hæc & plura Diogenes Laertius in vita Zenonis.

Tantum puerili, etc.] Puerilem simplicitatem, id est, innocentiam & mentis puritatem Deo gratissimam esse passim testantur sacre literæ. Quò illud sacri oraculi referendum: *Sinite paruuli ad me veniant.* & *Nisi efficiamini sicut paruuli, etc.*

Maonius.

Anium
regina
aquila, et
Iouis
ales.

Hem. 1.
liad. 5.

Iupiter
unde dicitur
Ani.

Puerili
simplicitatis
Deo
grata.

Homerus
enr Maonius di-
ctus.

Maonius.] Homerus, qui Maonius ca-
cutiens appellatur à Martiano Capella lib.
1. de nuptijs Philologiae, à Mæone rege à
quo educatus fertur, ita cognominatus.
Thersagoras apud Lucianum in Demo-
sth. encomio, ita de Homero verba facit :
πατέρα δὲ μάριον τὸν λυδῶν, ἢ ποτα-
μῶν, καὶ μητέρα * μεναλώπην φασὶν ἢ
νύμφην τῶν ἀρυάδων. Alij Maonium,
siue Mæonidem dictum volunt à Mæonia,
regione minoris Asia, (teste Plinio & Pro-
lemæo) nunc Lydia dicta, quod inde Ho-
merus, ut quorundam fuit opinio, traxerit
originem. Sed de Homeri patria varia tra-
duntur, multa; in hanc sententiam sunt
conscripta epigrammata. Adiungam v-
num distichon ex Gellianus noctibus lib.
3. c. 11.

Ἐπὶ δὲ πέντεσι διὰ τῆς ἑσπέρης ἵζαν ὀμύρα,
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφῶν, σαλαμίν, ἰός,
ἀργος, ἀθήναι. Hoc est:
Septem urbes certant de stirpe insignis Ho-
meri.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios,
Argos, Athena.

Sed Plutarchus ex sententia Ephori Cu-
mæi, non à patria, sed à genere Maonium
appellatur tradit. Tres enim enumerat
fratres Cumæos, Attellem, Mæonem Diū;
horum Diū in Aferam Bæoticæ vicum
migrasse, ibidem ex Pycimide vxore susce-
pisse Hesiōdum. Attellem in patria diem
obiisse, filiamq; nomine Critheida, fratris.
Mæonis tutelæ reliquisse. Hanc Mæon
eūm ingrauidasset, infamiam veritus, eam
Pheimio Grammatico in matrimonium
collocavit, quæ non multo post iuxta flu-
uium Meletem Homerum peperit, qui
Melesigenes inde fuit appellatus. Eius vi-
tam latissimè profequitur Herodotus,
quem vide.

Senex,] Ab ætatis pericia, ab auctoritate,
dignitateq; eò quippe prouectus est au-
ctoritatis Homerus, ut non tantum præcæ
poeticæ diuinus auctor apud Græcos, ab
Apuleio lib. 9. sed & contentione summa
literarum parens, & doctrinarum fons à
celeberrimis pronuncietur auctoribus. Est
que memorabile in primis, quod Palaton
ζωγράφος, siue pictor, cum Homerum de-
scribere, illum quidem veluti vomentem
exprimebat, poetas verò reliquos per am-
bitum adstrictos ἐμμετρμένα ἀρρομίνες,
id est, quæ reiecit is, absorbentes. Cui

non ineptè accommodari poterit illud
Ouidij.

Aspice Maoniden, à quo cæsi fonte perenni
Vatum Pierijs ora rigantur aquis.

Huius laudes si pluribus deprædicare ve-
lim, verear, ne aborem suscepturus sim
inanem, ac prorsus inuicem, cū nihil hoc
aliud videri possit, quàm cum laudare,
quem nemo vituperat, sed omnes venerā-
tur & suspiciunt: Aut etiam cum Aisto-
phane querendum mihi sit, vndenam, μυ-
ριαφορον, quod, Suida interprete, decies
mille amphorarum verbum est, accipiam,
quo satis dignè eum compellare possim.
Eius laudes, patriam, luminum orbita-
tem, & quo tempore vixerit (qua de re
muleam auctores ambigunt) ex probatis-
simis scriptoribus retulit Melchior Guil-
landinus in tract. de Papyro, membro 4.

Consilium, mens atq; Dei, etc.] Μυθα-
λογία est, qua respōdet ad interrogata; in
qua aduertendum, quàm graphicè &
commodè Ganymedi nominis vim expri-
mat, γάνυμι enim, vel γάνυμαι, letor est:
respondetq; his quæ dixit, Gaudia præ-
stant: & μήδεια consilia, vnde γάνυσθαι
μήδεια τῶ Διός, Emblematis & figmenti
sententiam explanat. Dicit enim illam esse
propriam leticiam, quæ à consilijs & con-
templatione oritur, & in qua summum
bonum nonnulli Philosophorum colloca-
runt. Distichon sic explico: Ille, cui Dei
consilium atq; mens præstant gaudia; is
creditur adesse summo Ioui.

RAPTVM Ganymedis Alciatus tra-
ducit ad eos, qui pia cogitatione, & arden-
ti affectu animi, Dei quasi domicilium pe-
netrant, tamq; sibi placent in ijs, quæ Deo
grata sunt, ut in hac etiam vita non nihil
æternæ beatitudinis deliciarum experian-
tur. Ab hoc non dissentit Homeri scholia-
stes ad 4. Iliad. qui Iouis nomine primā in
telligentiā, ἀρῶτον νοῦν: Ganymedis verò,
eum qui consilijs diuinis gaudet. τὸ το
γὰρ ὁ Γανυμῆδης, ὃς ὁ νῦν ἔχει οἰ-
κῆτον τὸ τοῖς μίδεια γάνυσθαι. Hoc pe-
nè sensu dixit Naumachus, vetus Poeta,
pulcrum esse virginem puris semper cogita-
tionibus delectari: id est (nam Græca per-
belle cōueniunt huic Ganymedis ecy mo)

καλὸν
παρθενικὴν καθαρότην ἀεὶ μελεδήμασθε
χαρῆν.

Sed & Grammatici non modò quin etiam
Philo.

Ganymē-
dis nomē
vnde.

IV:

Iupiter
quid.

* μενα-
λώπην.

Melesige-
nes Ho-
merus.

Lans Ho-
meri.

Homerus
vomens.

Felices
Qui.

Philosophi non postremi nominis beatos seu felices, quos *ἑσδαμωγας*, & *μακαριους* appellant, non alio sensu ijs id impostum nomen putant, quam quod habeant aliquem cum dijs consensum. Nam & *ἑσδαμωγῶν* Aristotelis interpretantur *ἑσδαμωγῶν*: nonnulli etiam *ἑσδαμωγῶν*. *μακαριους* autem à *μα.* & *τῆ χαίρω*. Locus Aristot. est Moral. ad Nicomach. 7. Item 10. cap. 4. cuius sententiam Sanctius paulò fufius tractat. Est, inquit, vniuscuiusq; sensus voluptas propria, vt auditiois, gustationis, &c. Sed ita in vnoquoque sensu perfecta erit voluptas, si sensus ille purissimus sit, & obiectum illius sensus sit præstantissimum. Fiet hæc res exemplis illustrior. Si audicionis sensus purgatus est abunde, obijciaturq; illi celestis quædam & diuina Musica, tum ingenerabitur summa illius sensus voluptas. Sic in visu. Quod prodest, si tibi ostendatur vel Apellis, vel Timanthis ingeniosissimè depicta tabula, si Ippus, aut sis capus lumine? Opus est denique, vt oculus sit purissimus, & illius obiectum præstantissimum. Vt igitur sua cuiusque sensus voluptas est propria: ita & mentis, & intellectus, & contemplationis: similiq; pacto summa voluptas generatur intelligentiæ nostræ, si ipsa, quoad fieri potest, purissima sit & defæcata, & sibi eligat ex omnibus rebus quod sit præstantissimum, vt pote Deum, in quâ contempletur, & totis viribus rapiatur. Qui igitur sic collocat intellectum suum, nec vilibus & caducis huius sæcula rebus intentus est, meritò Ganymedes poterit appellari. Etenim (vt eodem libro cap. 8. idem Arist. inquit) si Dij res curant humanas (sicuti curant) profectò illud quidem est consentaneum, vt re delectentur & optima, & que generis societate cum ipsis sit coniunctissima, qualis mens videtur esse, iisq; hominibus, qui eam rem maximè ament & colante beneficia reddât, quod res eas current illi, quas habent charas, rectèque vt præclare facta sequantur. Ergo que Deo charissimus est, idèq; beatissimus debet esse:

ita sapiens maximè est beatus futurus; Hæc ille. Adde præterea etiam id pietatis ergò: Ganymedi raptus signentum non Iouis habere flagitium, sed historiâ, à qua possint ad Dei cultû homines inflammari. Laudant auctores, certè *ἑσδαμωγῶν*, Xenophontem nempe & Eustathium Homericum interpretem. Sanè nostri non temerè Hieroglyphicum aquilæ D. Iohanni tribuere, vt eius in diuinis rebus acumen longè perspicax & oculatum, vt ita dicam, ostenderent. Vt enim aquila, quasi acula, ab acumine dicta est; & Homero teste; *ἀιτὸς ὀξὺτατον ἑσδαμωγῶν ἑσδαμωγῶν*: sic diuis ille oculorum acie in altissimè diuinitatis recessum directâ, præ alijs omnibus *ἑσδαμωγῶν* arcana vidit, qua Ebionitarum nefandam heresim perfundedit, & præperitibus pennis euolauit, de que ipso rerum diuinarum nido pellucidas illas gemmas est mutuatus, quæ postea oculis hominum caligantibus veram certamque claritatem afferant. Sed hic me cohibeo, quòd id esse videam Theologorû pensum, si vnum Lactantij Firmiani locum adscripsero, ex lib. 5. cap. 10. qui ad generale emblematis huius argumentum facit: Ad placandum Deum, quem colas, inquit, ijs rebus opus est, quibus illum gaudere ac delectari scias. Sic fit, vt vitam colentium Deus pro qualitate numinis sui formet, quoniam religiosissimus est cultus, imitari. Torum igitur Emblemata innuit, eum qui formæ elegantis & præcellentis erit, hoc est, ab omni scelere purus, vitij nullis contaminatus, sed vitæ integritate candens, & resplendentibus virtutibus omnimodè præditus; quiq; humiliter spiritu, & simplex vt puer, omnibus suis consilijs & cogitationibus in Deo solùm gaudet, dâci à Deo raptum per aquilam, mentem hominis (que auis instar sublimia petit) significantem. Talis verè in Deo lætabitur, ei deniq; in cælis commode nectar illud propinabit perenne & suauissimum.

D. Iohanni
aquila
Hierogly-
phicū con-
tribuit.

Epilogus



Sapientia